



Δ Ε Η Σ Ι Σ

Ad

**NOBILISSIMUM AM-
PLISSIMUM VIRUM, DOMINUM
JOHANNEM THOMAM OBRECHTUM, Magni
GEORGII OBRECHTI Filium, Juriscon-
sultum Argentoratensem, Sacri Latera-
nensis Palatij, Aulæq; Cæsareæ &
Imperialis Consistorij
Comitem, &c.**

L IS mihi nuper erat cum magno maxima Phœbo;
Qui tamen ad Musas mi patefecit iter.
Quis fieri potuisse putet? quem semper amavi,
Quem colui ardentem pectore, voce, stylo,
Is mihi sordebat ceu noxa & inutile pondus:
Dissimilis fueram tum miser ipse mihi.
Causa fuit (quid enim, quæ sunt verissima, celem?)
Sentio quod studij commoda nulla mei,
Extremos volui mercator currere ad Indos;
Nam scio Mercurius qualia dona ferat.
Postea sed subiit; quid si intrem Principis aulam?
Scilicet hic etiam Pluto quod addat habet.
Mutavi votum, & Martis me castra vocarunt
Spe lucri; at Marti spes ea vana fuit.

Quò